INSTITUT

PHILOSOP.

TOM III

HYDR

(1)

199-123

Mon Seigneur & mon Dieu

je vous reconnois pour Mon Seigneur

Mon Dieu

Mon Dieu

Mon Dieu

Mon Dieu

Germain Dunon Cadet
habitant de la Commune de latoa
Canton d'aurignac arrondissement
de Saint Gaudens. Departement
de la haute Garonne.

Germain
Dunon

Sectio Secunda.

Geostatica.

Solidorum machinis applicatorum actiones contemplatur geostatica, quarum rationes ac deriuationes determinat.

Sunt autem Machinæ, instrumenta seu corpora certo modo constructa, quibus potentiarum motus adjuratur.

Per potentiam intelligitur vis omnis, quæ ad superandum obstaculum aut conatum sustinendum adhibetur: vt actio hominis, equi, aëris, aquæ &c.

Obstaculum vero à potentia superandum aut conatus ab-

in Instrumenta Resistentia dicitur.

Potentia non sed vires ac in resistentia absolute et effective vires distinguntur. Illa sunt conatus totales potentiae aut resistentiae, ita sunt ipsa met absoluta modificata quae modum quo ad resistentiam applicatur potentia et vicissim. Effectivae vires, respectivaque quoque dicuntur, vel etiam momentum.

Unde vires absolutae sunt determinatae et constantes in eadem potentia et Resistentia, sed vires earum effectivae augeri possunt aut imminui, eisdem remanentibus viribus absolutis.

Equilibrium est ~~La~~ virium in se mutuò agentium conditio et una non possit alteram vincere nec ab eâ vinci. vide quies est individuus Equilibrii Conus.

Si vires respectivae aequales sint, non poterunt sese mutuò vincere; adeoque erit equilibrium inter potentiam et resistentiam quocumque sint vires earum absoluta.

Cuneatum illud flexum quo tota machina sustinetur vocatur Pedestrum; Hypomochlion, vel etiam Centrum motûs, quia circa illud movetur machina. non est semper quantum unicum

sed aliquando Series punctorum
seu Linearum, et in Sphera quae
circa proprium centrum
revolvitur. Sepe quoque fans-
fortius ita et non fit immobile
nisi respectu revolutionis cujus
est Centrum.

Distantiae potentiae ac
resistentiae a fulcro determinatae
per Lineas rectas a fulcro
ad earum directionem ductas
perpendiculariter.

Machinae omnes sunt, vel
simplices, vel compositae ex
simplicibus varia modo inter
se conjunctis. et quae motus
peculiares ad effectum totalem
et praecipuum conspirantibus

coalescunt composita, quando infinities et innumeros.

Machinas hic perfectissimas supponemus, absque affricta gravitate, aliisve circumstantiis quibus earum effectus possent impediri.

Caput Sum

De

Machinis Simplicibus.

Machina simplex, quinque vulgo enumerantur, nempe Vectis; Axis in peritrochio, Trochlea, planum inclinatum, et Machina Semicularis, quibus totidem articulis.

Articulus 1.um

De Vecte.

Vectis qualis in quotidiano usu adhibetur, est opalus oblongus ponderibus vehendis, sustinendis aut attollendis accomodatus.

Concipietur Mathematice et Linea recta flexibilis expers gravitatis altoremque omnium quibus innititur potest effectrix machina.

Inter omnia machinas primum locum occupat, et omnium simplicissima, et eis usu venit quando pondera ad parvam altitudinem elevanda sunt.

Vectes ad tria Genera referuntur.

Vectes ejusdem generis quando fulcrum inter potentiam et Resistentiam collocatur. (Fig. 1a Tab. 7a)

Vectes ejusdem Secundi generis, quando resistentia inter fulcrum et potentiam constituitur. (Fig. 2a).

Vectes ejusdem Tertii generis, quando potentia inter fulcrum et Resistentiam agit. (Fig. 2a. inferior).

Pars vectis a fulcro ad attractrium et tractum producta radius vel vectis Praefixum dicitur.

Propositio. 1.a

Toties datur æquilibrium in vecte quoties potentia et resistentia sunt ratione reciproca ~~standum~~ absolutarum et distantiarum a fulcro.

Q.o. nam constat experientia toties dari equilibrium in vecte, 1.o quoties datis viribus absolutis, potentia et resistentia æqualibus, æquales sunt earum a fulcro distantiæ, 2.o quoties datis viribus absolutis potentiæ et resistentiæ inæqualibus, earum a fulcro distantiæ sunt reciproce inæquales: ita ut vires absolutæ potentiæ, fiat ad vires absolutas resistentiæ.

Sicuti ejusq fulcro distantia
ut ad illius distantiam a
fulcro autem vice versa; atqui in
hoc duplici casu potentia et
resistentia sunt evidenter in
ratione reciproca virium absolut-
arum et distantiarum a fulcro;
Cum in utroque casu consequens
secundo rationis sit ad summum
antecedentem, sicuti antecedens
prima est ad summum consequente
et vero sit Pondus virium Libra
appensum radio ut 3, et proide
trium Librarum homogeneum
appensum radio ut 1. quaviam
gravitas corporum non mutatur
quomodocumque varietur
figura. Concipiatur utrumque

Corpus in cylindros ejus dem Crassitiei converti: ita ut semi-Libra Longitudinem Minoris radii accipiat: Si Cylindrus, in quem Brevissimum et proximum minus, duas et alter, qui ex majori provenit sex partes, minori radio aequales continet.

Si porro major vectis radius toto Longitudine minoris, et inde toto majoris Longitudine prolongari concipiatur, vectis ita pro-Longatus totam cylindri Longitudinem aequabit, et a fulcro in duas partes, aequales dividatur, cum hinc inde sint quatuor partes quarum

quolibet est æqualis minori radio.

Cum autem in corporibus homogeneis ejusdem ubique Latitudinis et Crassitiei; Centrum gravitatis, cum centro magnitudinis coincidat; ev idens est directio non fuleri, transire per centrum gravitatis Cylindri totalis qui proinde quiescere debet, adeo que neutrum cylindrorum, consequenter et simul neutrum appensorum pondere pro pondere vicit.

Corollarium 1.

hinc vires effectiva tum potentia tum resistentia

crescunt aut decrescunt, qua
qua proportione crescit aut
decrescit a centro distantia.
adeo ut illa vires sint vel
productum virium absolutarum
per distantiam; ac proinde
sunt semper æquales quoties
potentiæ et resistentiæ sunt
in ratione reciproca virium
absolutarum et distantiarum
a centro.

Propositio 2.a

Rotulus datus æquilibrium
in vecte, totius potentiæ et
resistentiæ sunt in ratione
composita virium absolutarum

et distantiarum a centro.

L.v. quoties datur aequilibrium, totis potentiis et resistentiis agunt in semitro per vires absolutas aequales. nam si altera tantum habet vires effectivas, aequales debent evidenter illas prevalere, cum majores vires effectivae prevalent semper minoribus, vires autem effectivae non sunt aequales nisi potentiae et resistentiae sint in ratione reciproca virium absolutarum et distantiarum a centro, cum vires effectivae sint et potentiae virium absolutarum per distantiam, et duo per tertia.

nunquam fuit æqualia nisi earum radices fuit in ratione reciproca

Corollarium 2.um

hinc tollitur æquilibrium statim atque cessat hæc Reciprocatio.

vnde 1.o Si major sit ratio distantiæ potentiæ ad distantiam resistentiæ; quam ratio vis absoluta resistentiæ ad potentiæ; potentia resistentiæ prevalebit et contra.

2.o Si vis absoluta potentiæ ad vim absolutam potentiæ sit major quam distantia resistentiæ, ad distantiam potentiæ; potentia resistentiæ prevalebit et contra.

Nam in utroque casu, vectorum virium absolutarum potentia per ejus potentiam major est pro eodem vi virium absolutarum resistentia per ejus distantiam; id est potentia majores habet vires effectivas quam resistentia.

3°. Si duabus ponderibus æqualibus et æqualiter a fulcro distantibus addantur vel detrahantur pondera inæqualia; vel si duobus ponderibus inæqualiter distitis et æquilibratis æqualia addantur vel detrahantur pondera; vel denique, si dato in distantiis æqualibus aut in æqualibus æquilibrio, inæquales aut æquales addantur detrahantur ve distantiæ cessat æquilibrium, quia requisita

cessat reciprocatio.

4º Tollitur aequilibrium, quotiies corporibus aequilibratis additiones aut detractiones non constituunt rationem distantiis reciprocam; et vice versa.

Nam cum corpora supponantur aequilibrari, datur necessario requisita reciprocatio quae evidenter non perseverat, cum additiones aut detractiones diversam sequantur rationem.

5º Duo ponderra aequalia, infra aequales vectis radios aut mesa immobiliter et in situ horizontali vectis aequilibrata. (L. 15. T. 2: 8.) detorquentur ab aequilibrio, cum vectis fit obliquus horizonti, pondere superiore praeponderante, siquidem

ejus Lineæ directionis ab extremitate sui radii proficiscens magis distat a fulcro quam Linea directionis ponderis Inferioris, quo Summa fiet stadium in quâdam distantia ab extremitate sui radii.

Eandem ob rationem propollet pondus inferius si ambo pondera fiunt immobiliter affixa Supra radios, si vero unum sit Supra et aliud Infra vectem æquilibrantur in quocunque Situ vectis: quod pariter contingit si centra gravitatis ponderum sint in punctis extremis radiorum, vel si pondera iis mobiliter suspendantur. nâ in hoc triplici casu, distantiæ quæ per inclinationem vectis immutantur, ex utraque parte

æqualiter gravitantur adeoque utrumque gravedus post vectis inclinationem æqualiter distat a fulcro. Si in tribus ejusdem caribus distantiæ in situ horizontali, inæquales fuissent, gravitationes per inclinationem fuerunt distantiis proportionales.

Propositio 3a

Si potentia aut resistentia, vel utraque obliquè agat in summa radium erit in æquilibrio, modo sint inter se reciprocè ut sinus angulorum quos cum sinus carum directionem efficiunt.

6.° Nam totius datum æquilibrium quotiès potentia et resistentia

sunt in ratione reciproca vim absolutarum et distantiarum a fulcro, seu toties hanc rationem probent potentiae et resistantiae obliquae in summum radium agentes, quoties sunt inter se reciproce ut sinus angulorum quos earum directiones cum suis radiis efficiunt, Etenim illi sinus sunt inter se ut distantiae, cum sint lineae rectae a fulcro, ad potentiae et resistentiae directiones perpendiculariter ductae; et quo hujusmodi rectae mensurentur distantiae. Ergo &c.

Corollarium 3um

Hinc intelligitur; 1.° vires

effectivas ejusdem potentiæ autem existentiæ, in extremum radium, juxta varias directiones agentis, esse ut sinus angulorum, qui ab his directionibus, et radio vectis efformantur.

Atque ita 1.° si A, unius Libræ (§. 18. tab. 2.ª 8.ª.) agatur perpendiculariter in extremum radium PA, ut detur Æquilibrium, B debet esse unius Libræ, si in extremitate radii æqualis PC perpendiculariter agatur. 2.° D debet esse unius libræ cum semice, si trahat eundem radium PC, sub angulo GCP, cujus sinus PG, sit ad PC ut 2 ad 3. 3.° B debet esse 3 librarum si in eundem radium agatur, sub angulo ECP cujus sinus PE sit ad PC ut 1 ad 3.

2°. vim effectivam ejusdem potentiæ aut resistentiæ, esse omnium maximam dato eodem radio, cum earum directio erit radio perpendicularis, quia tunc sinus erit ipse met radius, omnium sinuum maximus.

3°. eó debiliorem fieri potentiam et resistentiam, quó earum directio, fit magis obliqua radio, ac proinde Corpus addendum esse absolutiori alterutrius viribus, ut possit æquilibrium cum alterâ perpendicularitev agente perseverare; unde quas mutationes patitur Inversa sinuum ratio, easdem pati debent vires absoluto, secus tollitur æquilibrium.

4°. potentias posse vecti, sub

Infinitis Directionibus applicari, quin tollatur Equilibrium; quia anguli Directionum potentiæ et resistentiæ, cujus radii possunt in infinitum augeri aut minuiri, quin mutetur Inversa Ratio — Simum.

Propositio 4ª

Si plures simul potentiæ, uni radio vectis, et plures resistentiæ alteri simul applicentur, fiet Equilibrium, modo summa productorum virium absolutarum cujusque potentiæ per suam Distantiam, æquetur summam productorum Virium absolutarum cujusque resistentiæ per suam Resistentiam.

Sed Cum Datum Aequilibrium quoties vires effectivae in unum radium sunt aequales viribus effectivis in alterum; Sed in facta Hypothesi, vires effectivae in unum radium sunt ut summa productorum, vicinum absolutarum cujusque potentiae per suam distantiam, et vires effectivae in alterum sunt ut summa productorum vicinum absolutarum cujusque Resistentiae per suam distantiam. Si unum corpus ut 3 applicetur Radio vectis ad distantiam ut 8, cujus momentum seu vis effectiva est ut 24, sicut Radio jam applicetur corpus ut 5 ad distantiam ut 4, cujus vis effectiva est ut 20, quae prioni aequalis est ut 24, Evidenter

additiuo. Ergo vis effectiua in hunc radium agens erit 44. Nempe ut Summa productorum vis absoluta 2 per Quamquoque Distantiam; adeoque vires effectiua in radios sunt ut Summa productorum virium absolutarum cujusque potentiæ ~~per ante~~ resistentia, per Quam distantiæ, Ergo &c.

Scholium. 2.

Vectis rectus ille dicitur, cujus radii dirigunturu Juxta Eandem Lineam Rectam.

Vectis Incurvatus, vel obliquus, ille est cujus radii angulum efformant. (fig. 19. 20, tab. 2.ª 8.ª)

Quidquid hactenus dictum est, id utrique competit; itaque et datur equilibrium inter corpus A et corpus B in suos radios perpendiculariter agentia (fig. 15.) A debet esse ad B sicuti radius istius est ad radium illius. pariter (fig. 20.) A debet esse ad B aut C ad D, sicuti radius per quem agit corpus A aut C aut D est ad radium corporis A.

Hoc discrimen datur tamen quod potentia mobiliter applicata vecti recto, in quem agunt per directiones inter se parallelas, sit in uno ejus equilibrantur sive; in quocumque alio equilibrantur; in vecte vero incurvato equilibrium tollitur quando vectis situs mutatur,

quia scilicet tunc, dum distantia ex una parte crescit, in vecte incurvato decrescit ex altera; in recto vero eandem rationem crescit aut decrescit ex utraque parte distantia, cum angulique cum suis radiis in vecte recto efficiunt potentiae fieri semper eaedem aequales.

De Vectis Fulcro seu Libra.

Cum fulcrum machinam sustinet non potest aliquo pondere non gravari; in semum igitur diametraliter oppositum eadem vi agit: unde considerari potest tanquam tertia potentia agens in vectem; quia ad

equilibrium, potest obstaculum potentiæ substitui, et potentia obstaculo. — Cum obstaculum et potentia, possint perinde motum cohibere, adeoque ad efformandum equilibrium inservire æqualiter. omnis autem fulcri directio transit evidenter per fulcrum. cum fulcrum, hoc omnis sustineat, transit pariter per punctum concursus — directionum potentiæ et resistentiæ; Cum duo potentiæ angulum efficientes non agant in tertiam nisi per — Compositum compositum. per punctum igitur concursus potentiarum transit directio reactionis fulcri quo earum directionibus parallela et cum ipsis sunt parallela. ~

Propositio

omnis fulcri vectis est ad alterutram potentiam, mutuo et perpendiculariter ab altera potentia ad propriam directionem ducta.

Ex. omnis fulcri vectis est ab ipsius fulcri reactio. hæc autem considerari potest tanquam potentia et alterutro potentiarum tanquam fulcrum, cum fulcrum pereque possit in alterutro vel in quovis intermedio collocari. potentiæ autem sunt inter se mutuo et perpendiculares ad suas directiones a fulcro ducta — ergo fulcri Reactio ac prorsus illius omnis. &c.

Corollarium.

1° quidquid dicturus est de potentia

et resistentia, ex harum alterutra et de fulcro dici potest, cum fulcrum possit haberi ut vna ex illis, et alterutra ex illis possit haberi tanquam fulcrum.

2°) Fulcrum in vecte primi generis sustinet summam virium absolutarum potentiæ et resistentiæ, quando earum directiones sunt inter se parallelæ; si autem earum directiones sint ad se invicem inclinatæ fulcrum non sustinet, nisi partem earum virium absolutarum, ex minorem, quo potentia et Resistentia sunt magis obliquæ fulcro. Pag. 16.

17) In vecte Secundi et Tertii generis fulcrum non sustinet nisi partem Conatus absoluti potentiæ aut Resistentiæ; unde omnes fulcri —

nunquam excedit virium absolutarum potentia et resistentia summarum.

3°. S. duo homines ope baculi gestant onus cognitum, et cognoscatur ejus ab utroque homine distantia facile cognoscetur pars oneris quae a quolibet homine sustentatur.

Sit onus 450 Librarum, ejus distantia ab uno homine ut 2. ab altero ut 3: habemus partem oneris ab homine remotiori sustentatam hoc modo. 5 : 2 :: 450 : $\frac{450 \times 2}{5} = 180$. et partem quam viciniori sustinet modo sequenti. 5 : 3 :: 450 : $\frac{450 \times 3}{5} = 270$.

Itaque cognito onere, et viribus duorum hominum aut fulcrorum resistentiis, facile determinatur distantia in qua onus debet sustineri.

De Librâ.

Libra et vectes primi generis
Componitur 1.° ex Jugo, cujus
Longitudinem in duas radices
æquales dividit axis circa quem
versatur jugum. 2.° ex Duabus
Lancibus, ab utraque Jugi extremi-
tate pendentibus, unde tota
machina Bilans appellatur.

3.° ex trutina in suo
extremo portans ~~fo~~ munitibus,
quæ axim Jugi Libræ recipiunt.
hæc trutina fissuram habet,
intra quam summitas Examen, seu
Languina, Jugo perpendicularis,
Quæ si intra fissuram remanet
abscondita, æquilibrantur duo
pondera: secus verò, si in unam.

partem movetur. Centrum motus
supra centrum gravitatis solet
collocari; unde machina perpet-
=uior quidem sed commodior
efficitur. atque hinc intelligitur
cur in libra bilancia obliquo
lanx superior praeponderet; ejus
enim directio sic magis distat
a centro motus quam directio lancis
inferioris.

§ 6 Justa construatur libra
non solum brachia et lances
debent esse ejusdem ponderis, sed etiam brachia
debent esse aequalia, si enim
inaequalia sint libra dolosa
est. Quamobrem ut libra exam-
=inetur an justa sit nec ne, per-
=mutentur lances aut pondera

in ea aequilibrata, quod si maneat
Aequilibrium Libra Justa est, sin
minus Dolosa.

De Statera.

Statera est par ut vectis primi generis,
in quo unicum pondus cum inaequalibus
Aequilibratur, atque in hoc praecipue
differt a Libra in qua pondera debent
esse aequalia ut detur Aequilibrium.

Statera Brachia inaequalia
sunt. Brachium Brevius unco
unico vel etiam duobus, aut Lance
oneratur, hinc in Aequilibrio consistat
cum Longiori.

In Radio Longiori Secundum
totam ejus Longitudinem aequales
fiunt divisiones, in quibus Sacoma
mobile ponitur, Quod ploratur —

Corpori ex unco pendentis pondus.

Statera duo habet latera, in quibus æquales facta sunt divisiones, unum debile, alterum forte; unde ex quo pendet pondus explorandum, dum latus forte adhibetur, minus distat a fulcro quam alter. unde sachorum in divisione a fulcro æqualiter distante constitutum æquilibrari potest cum majori pondere;

Statera dolosa ut si brachium brevius una cum uncis aut lance, non sit ejusdem prorsus ponderis ac brachium longius, sublato æquipondio.

Articulus 2um

Del

Axe in Peritrochio.

Axis in peritrochio, est machina, satis omnibus nota, quo in omnibus ferme operibus utitur ad hauriendā aquam; hujusmodi machinam exhibet figura quarta tabulæ octavæ.

Constat Cylindro, sive tympano MF, cujus fuliri sunt radii scytalæ, A, B, C, O, vel Rota aut manubrium extrinsecus, S. G. in H collocatur.

Scytalis, Rota, vel manubrio applicatur potentia ad movendam machinam; Cylindro circumvolvitur funis, cui appensum pondus G ad machinam trahitur operatur H I est ejus axis.

hoc machina ad vectem reducitur cujus centrum motus, et Linea ducta per medium galum secundum Lin. Longitudinis AH versus I: distantia igitur ponderis et et distantia Lineae ad illud superficiei cylindri seu stylopani punctum in quo imititur funis trahens pondus, et distantia potentiae et Longitudo scytalo, manubrii, aut radiorum Rotae, quando pondus et potentia perpendiculariter agunt.

VXIS in operithoeio, pro vario situ, varia sortitur nomina. Si cylindrus, sit in situ horizontali, vocatur sucula, gallice treuil.

torno, ou vireveau;

Si Cylindrus sit in filo verticali ligata, gallice, tindas, ou tabertan.

hoc machinae simile duplici puncto fixo juniturum; quocirca potentiae in ea aequilibrantes, essent, et solerent directiones suae in diversis planis habere; nam cum nequeat machina nisi circa suum axem revolvi, et ob obstacula — partium, idem motus in quocumque puncto, aequa facile producatur, potentia aequali vi agit in ~~pondus~~ resistentia, ac si earum directiones essent in eodem plano; sit igitur aequilibrium in axi in peritrochio, quem id modum fiet, si potentia

constituentes suas directiones in eodem plano constitutas haberent.

Propositio.

In axe in peritrochio, dato equilibrium quotiens potentia est ad resistentiam, semiti radius cylindri est ad cytharam.

Po. Si directiones potentiae et resistentiae forent in eodem plano dato equidem vectis primi generis, et resistentia ageret pro radium cylindri, potentia vero per scytalam data et radius cylindri ex libertate resistentiae distantiam, et scytala dat antiam potentiae, cum potentia et resistentia supponantur perpendiculariter applicari

ergo erit Æquilibrium in facta hypothesi potentiæ ad resistentiam, et Radius Cylindri ad Scytalam. Sed potentia et resistentia Licet Directiones suas diversis planis habeant, in Semitubo perinde agunt ac si earum directiones forent in eodem plano; Cum absoluta earum actio, uniformiter per totam machinam distribuatur. ergo &c.

Corollarium.

1°. Cum circumferentia sint se ut radii, quando, axis in peritrochio, rota armatur, potentia debet esse ad pondus sicuti circumferentia rotæ ad tympani circumferentiam.

2º potentia eò plus valet, quò major est rota, et illius actio crescit in eadem ratione cum rota Diametro: pondus eo minus resistit, quò Trijmpani Diametro minor est, et illius resistentia in eadem ratione cum Trijmpani Diametro minuitur.

3º Itaque si vires absolutæ potentiæ Trahentis fiant continuò minores, dum vires superando resistentia eodem semper remanent, potentia debet applicari variis successive periferiis, in eâ ratione continuò crescentibus, in quo decrescunt vires absolutæ potentiæ: vel resistentia applicatur periferiis in prædicta ratione continuò decrescentibus.

Scholium.

Hujus Fabetiæ ratio in horologiis portatilibus, quorum motus ab elateri restitutione pendet, cum Lima compressum Elaterium incipit restitui, agit validius decrescentibus mox ejusdem viribus, quâ proportione restituuntur; eadem interim remanet rotarum resistentia, quamobrem fit Corpus conicum, vulgò dictum, la fusée, quod circa proprium axem revolvitur, et in parte inferiori rota dentata donatur, cujus ope motum omnibus rotis imprimit, circa conicum illud corpus eo modo revolvitur funis

aut Catenula, vt dum Elaterium Compressum fuerit restitui, adeoque agit majori vi, catenula reperiatur in parte Superiore Coni, quo est pars Gustemior: adeo ut vis Elaterii debeat tunc esse ad rotarium resistentiam, sicut radius rotæ Dentalo, quo est in parte inferiori illius coni, est ad illum coni radium, per quem trahit catenula, cum elaterium magnâ Jam quantitate restitutum, minoribus gaudet viribus; catenula reperitur in majori coni peripheriâ; ita ut vis quâ tunc elaterium exercet sitad rotarium resistentiam vt radiusrotæ dentatæ est ad radium coni, per quem catella trahit.

Articulus 3.um
De Trochleâ.

Trochlea simplex est orbiculus in capsulâ, circa axim volubilis, cui funis ductarius dictus circumdatur.

Trochlea cujus capsula, puncto cuidam fixo affigitur, (fig. 24: 25: 7: 2.a 8.a) dicitur immobilis, mobilis verò ea vocatur, cujus capsula transfertur per potentiam agentem (fig. 26: 27.).

Trochlea immobilis exhibet vectem primi generis, cujus fulcrum est in clavo orbiculum connectente cum capsulâ: adeo que in centro orbiculi potentia agit in aliquo puncto

circumferentia orbiculi vt X (fig. 24: 25:) adeoque per radium FX: resistentia verò agit in alio periferiæ puncto.

Cochlea mobilis refert vectem Secundi Generis, cujus fulcrum est in puncto periferiæ, vt in F. (fig. 26: 27.). resistentia agit juxta directionem ab orbiculi centro ductam vt OHR: Potentia applicatur in aliquo Circumferentiæ puncto vt X. distantia resistentiæ a fulcro exprimitur per Lineam EN; distantia vero potentiæ per Lineam EA. ~.

Propositio 1.a

In trochea immobili datur aequilibrium, quoties vires absolutae potentiae, et resistentiae sunt aequales.

Dem. nam sive potentiae et resistentiae directiones sint inter se parallelae, sive sint ad se invicem inclinatae, semper agunt ad angulum rectum per radios aequales, cum in utroque casu agant juxta tangentem, quo rectum semper cum suis radiis angulum efficiunt, et aliunde aequales sunt omnes radii ejusdem orbiculi, quoties autem potentiae et resistentiae, aequales agunt per

radios æquales ad eundem angulum. toties sunt in ratione reciprocâ virium absolutarum et distantiarum a fulcro ac proinde in æquilibrio. ergo &c.

Corollarium 1um.

Hinc trochea immobilis ratione sui, vim potentiæ nullatenus auget, inservit tamen ut ad libitum, mutentur potentiarum directiones atque ita ejus ope possunt pondera substitui potentiis. quod sane non parvum affert commodum, prodest insuper vel funiculum affectus diminuendo.

Propositio 2a.

In trochleâ mobili Talum Æquilibrium quoties potentia est ad Resistentiam sicuti radius orbiculi est ad Cordam arcûs quem funis amplectitur.

Nam in trochleâ mobili quoties potentia est ad Resistentiâ ut Radius orbiculi ut ad Cordam arcûs quem funis amplectitur, toties potentia et Resistentia sunt ut ipsarum a fulcro distantiæ, siquidem per Triangulorum similitudinem demonstratum, per perpendicularem ductam a fulcro ad directionem resistentiæ esse ad perpendicularem ductam a fulcro, ad potentiæ directionem, sicuti radius orbiculi est ad Cordam

arcus quem funis amplectitur.
Totis autem datur Equilibrium,
quoties potentia et resistentia
sunt juxtaposita et ejusdem a fulcro
distantia.

Scholium.

Ducantur FA, FN distinctis
=nibus potentiae et resistentiae
perpendiculares (p. 27.) et FX
arcus chorda Trianguli NFO,
AFX sunt similes; nam anguli
A & N sunt recti; quilibet
angulorum AFX, NFO, et
aequalis angulo OXD, quia
Triangulus OXF est isosceles,
et Linea XO, AF sunt parallelae.

ergo FN : FA :: F : FX.

Si angulus XOF sit Infinite obtusus (fig. 26.) tunc corda XF, et ipse diameter, et directiones PM, KY potentiæ et resistentiæ, sunt parallelæ, et distantiæ potentiæ ac resistentiæ sunt ut diameter ad radium, adeo que potentia subdupla æquiponderabit duplæ resistentiæ.

Ex quibus patet minorem in directionibus parallelis quam in obliquis requiri potentiam, a quo eadem resistentia sustinetur.

Articulus 4.us

De Plano Inclinato.

Quid sit planum inclinatum

quo vis effectiva gravitatis exponi
supra sejunctim planum jam ubi
de gravitate dictum est.

Hic planum inclinatum
considerandum tanquam machinam
cujus ope aequilibrantur duo
potentiae.

Angulus quem planum
inclinatum efficit cum
horizontali vocatur angulus
inclinationis. quem vero
tractio potentiae efformat cum
plano inclinato angulus
tractionis dicitur.

Propositio

Ut fiat aequilibrium in
plano inclinato potentiae debent
esse ad pondus ut sinus

anguli inclinationis et ad
Co-sinum anguli fractionis.

P.o Nam si a puncto quo
pondus tangit planum, ducatur
Linea perpendicularis directioni
ponderis, et altera perpendicularis
directioni potentiæ: ho Linea
haberi possunt vt vectis incurvatus
in cujus radios perpendiculariter
agant pondus et potentia, nempe
pondus in radium quem designat
Linea ipsius directioni perpendicu-
laris: et potentia in radium quem
exprimit, Linea perpendicularis
directioni potentiæ.

In vecte autem incurvato ut fiat Equilibrium, potentia debet esse ad pondus, ut radius in quem perpendiculariter agit pondus, est ad radium in quem potentia perpendiculariter agit, ergo ut fiat Equilibrium in plano inclinato, potentia debet esse ad pondus, ut Linea ducta perpendiculariter ad directionem ponderis, est ad Lineam directoni potentiae perpendicularem: illae verò Lineae sunt inter se ut Sinus anguli inclinationis, est ad

cosinuum anguli tractionis, vt per triangulorum similitudinem demonstratur.

Scholium.

Pondus R aequilibratur supra planum inclinatum CA, cum potentia P juxta directionem PL trahente, ducatur linea TZ, a puncto T perpendicularis ad PL. a centro gravitatis R, ducatur RNQE, horizontali BA perpendicularis, et in hanc ducatur a puncto T perpendicularis TN.

Jam similes sunt triangula,

AQE & NTR. unde QA : TR :: QE : TN. Similes sunt Eaedem Triangulis LRT & RZT. unde RL : TR :: TL : TZ. Quamobrem Sinus TN, TZ sunt Ejusdem Circuli; TN est Sinus anguli Inclinationis, et perpendicularis ad Directionem Ponderis, TZ est Cosinus anguli Fractionis, et perpendicularis ad Directionem potentiae: adeoque P : R :: TN : TZ.

Corollarium.

Hinc 1°. Si potentia directio sit FR, plano inclinato parallela, potentia cum pondere aequilibrans et omnium minima et est ad pondus, ut altitudo plani ad ejus Longitudinem. Siquidem

Cum in hac directione potentiæ angulus fractionis sit nullus, seu infinite parvus, angulus ejus complementi debet esse rectus; adeoque cosinus anguli fractionis et sinus totalis, id est TZ sit TR. unde P:R::TN:TR::CB:CA.

2.° Si potentia sit IR, diametraliter opposita directioni ponderis, potentia æquilibrans debet æquale pondus. Tunc enim angulus fractionis, foret RQT, seu ipsi æqualis RTN, cujus cosinus est Linea TN, quæ est parvitas sinus anguli inclinationis; unde P = R.

3°. Si potentia directio sit CR parallela basi plani inclinati potentia debet esse ad pondus vt altitudo plani ad longitudinem basium. nam tunc angulus fractionis est aequalis angulo inclinationis. vnde idem erit utique cosinus. porro cosinus anguli inclinationis est basis plani inclinati, quocirca, illa basis et parallela cosinus anguli fractionis. Itaque in facto casu angulus fractionis est RCT, seu ipsi aequalis RTY. vnde PR : TN :: TY : RQ :: CR : CB : BA.

4.° Si potentia directa seu plano inclinato perpendicularis potentiae equilibrans debet esse infinita. Cum linea tractus sit tunc tractionis angulus, ejus co-sinus est infinite parvus; adeoque pondus debet esse infinite parvum respectu ad potentiam, ac proinde debet esse potentia infinite magna.

5.° Itaque dato eodem inclinationis angulo, quo major est angulus tractionis eo major debet esse potentia cum eodem pondere equilibrans, et dato eodem angulo tractionis

quo minor est Inclinationis angulus eo minor esse debet Potentia.

De Onere Plani Inclinati.

Onus plani Inclinati Considerari non debet Cum ea parte gravitatis absoluta ponderis, quo a plano Inferiori sitio Verum illud onus Aequat Conatum Compositum potentiae et Ponderis; nam Cum pondus a propria Gravitate, et a potentia Inferiori Juxta angulata,

directionis, debet fieri Linea inter utraque media, quæ cum sit plano inclinato perpendicularis, vim, quæ agit in planum adeoque illum omnes exprimit.

Propositio.

Omnes Solidi inclinati extrorsum pondere, vt sinus anguli, quem efficiunt directiones potentiæ et ponderis, est ad sinum anguli, quem efficiunt cum directione potentiæ Linea a pondere centro ad planum inclinatum perpendiculariter ducta.

Pr. Si a puncto, quo

pondus tangit planum duo
ducantur Lineæ una
perpendicularis directioni
potentiæ, et altera directioni
ponderis, aderit Incurvatus
vectis, in quo potentia, pondus
et fulcrum erunt In Equilibrio;
Itaque si fulcrum concipiatur
ut potentia, et potentia ut
fulcrum, vis contraria
fulcri erit ad pondus, ut
perpendicularis ad directionem
ponderis ducta ab eo vectis
punctio in quod agit potentia,
et ad perpendicularem ductam

ab eodem puncto ad fulcri directionem.

Illa vero Linea sunt intersecetur et sinus anguli quem efficiunt directiones potentiae, et ponderis, et ad sinum anguli quem effornat cum directione potentiae Linea a pondere sectio ad planum inclinatum perpendicularitio ducta ut statim patebit. Ergo vis fulcri et quod ex sunt intersecetur in eadem ratione. vis autem fulcri ut et omnes, quod fulcrum sustinet, cum in potentiam

et pondus reagat eadem precise vi qua oneratur; nempe qua pondus et potentia in illud agunt. Ergo &c.

Corollarium.

Hinc 1.° dum tractio fit juxta PL omnes glissi inclinati et ad pondus, et Zu Zo atque hoc statio variat pro vario tractionis angulo.

2.° Cum tractio fit juxta FR parallele ad planum inclinatum glissi omnes et ad pondus et Bazis ad longitudinem. nam anguli FRQ, RQT sunt sibi mutuo supplementum, adeoque idem et utraque summa; partes anguli FRT, RTQ sunt equales; ac proinde habent eundem

Sinuum. Sinus autem sunt inter se in ratione Laterum angulis oppositorum. ergo Sinus anguli FRQ, aut RQT est ad Sinum anguli FRT, aut RTQ, sicuti RT ad RQ. porro RT : RQ :: BA : CA.

3°. Cum Tractio fit Juxta CR parallele ad Basim, omnes et ad Sondes et plani Longitudo ad ejus Basim. nam cum angulus CRQ sit rectus, ejus Sinus est Radius TR; et Sinus anguli CRT est TY; porro TR : TY :: CA : BA.

hinc facile Explicatur famosum Marioti Experimentum 2AC fig. 17 tab. 8. Jet vectis cujus Radii 2A, AC sunt aequales 2A et horizonti parallelus; AC est ita-

ad horizontem inclinatus ad angulum 60°. cum eo efficiat: extremitati radii horizontalis applicatus pondus et 2 et pondus et 1 applicatus extremitati radii inclinati a tabella verticali EE retrahendum ne prolabatur. ea corpora in aequilibrio consistunt.

Nam omnis quo corpus impositum radio inclinato, eum gravato, et ad proprium pondus, et longitudo radii inclinati et ad ejus basim; cum superadditum radium retinatur juxta directionem illius basi parallelo. Longitudo vero et ad basim et linea totalis ad lineam anguli-

30°: nemp. ut 2 ad 1. ergo corpora utrumque æqualiter agit insuper radium et æqualis est utrunque distantia; non ergo minus fidetur æquilibrium.

Articulus 5um

De machinâ funiculari.

Funis vulgaris fit ex filis vulgò cannavinis, aliis superadditis contortis, quod satis omnibus notum.

Fila autem seu funiculi simpliciter collecti et parallele positi idem pondus efficiunt sustinent quam si fierent unum

Contorti; docet enim Experientia funiculos contortos nunquam aliud pondus sustinere quod æquet summam ponderum, quæ separati sustinent; quamobrem intorsio quæ aliunde sua commoda et utilitates habet intendi non debet nisi quousque partes affixæ sufficienti inter se colligata sint.

Si pondus appendatur funis extremitati, cujus aliud extremum fixto puncto affigitur, quolibet pars funis totâ pondoris gravitate tenditur; nam pondus totâ suâ gravitate decorsum tratis primam funis partem cui applicatur; hoc eâdem vi tractit secundam

ita tertiam; et sic consequentes.

Facta verò funis tensione pondus tantum funem attrahitur sursum, quantum gravitate suâ funem deorsum trahit. nam tunc vis funis repercutiens, quo sursum trahit alterio ridescitit tensioni; adeoque oqualis est vi tendenti, seu ponderis gravitati.

Propositio. 1a.

Si Corpus suspendatur in medio funis pro utrumque fini extremum firmitro alligati, ita ut Funiculi sint inter se parallela quodlibet Crus sustentat mediam tantum ponderis partem.

Do. Corpus Cuius non potest cura funis tendere, nisi quousque funis Reactio æquet pondus corporis, funis autem Reactio totum æquat pondus Corporis, ubi quod Libet Crus medianum ponderis partem sustinet: funis Cuius cuiuslibet Crus reactio tunc æquet medium ponderis partem; ambo simul sicuti reagunt ita vim toti æqualem pondere. Ergo &c.

Propositio 2a.

~~Exon 1. quod Libet quadrilaterum fixum cum pondere obligatum funiculis~~

Si crura funis non sint parallela adeoque partes ponderis quas sustentant sint inter se ex ratione ut perpendiculum

ad curva ducta a ponderis directione.

5.° nam pondus eó magis effective agit in curva, quo ea curva sinistrorsum inclinata ad Gus dicit centrum; adeoque eó magis agit in curvam minus inclinatam, quó minus inclinatum est, et vice versâ. Inclinationes autem mensurantur per perpendiculares à directione ponderis ad curva ductas; ergo actio ponderis in curva, ac proinde earum tensiones sunt juxta ipsas perpendiculares. ergo &c.

Corollarium.

hinc 1.° quod tibi quantum fixum cui funis alligatur extremitas, nunquam gravari potest extra mediâ partem ponderis:

2.° si loco vinculi puncti fixi

Sit corpus aut loco duorum pariterque fixorum sint duo corpora, quorum quodlibet sit subduplum pondere medio funi imposita, datum Equilibrium, si agant juxta directionem parallelas (fig. 2.a tab. 3.a).

3.o Pondus subduplum (fig. 4.a) potest ope funis Equilibrari duplis pondusculis numero infinitis.

4.o funis horizonti parallelus vel inclinatus, alligatus duobus quantis fixis, quacumque vi sustinetur nunquam potest ob ejusdem gravitatem in lineam rectam cadi; sed inflexus erit in curvam, quo gallice dicitur, La Chaînette.

Scholium.

funes humidi facti abbreviantur

et majorem aequemus diametrum.
Siquidem, dum aqua particulae ipsae
intra funem insinuant, ejusque partes a
se invicem removent, atque ita
funem crassiorem efficiunt. cum
autem partes funis ipsae pluries, ob
portionem intersecent, a se mutuo
recedere nequeunt in punctis
intersectionis, quin ab se mutuo
accedant extrema, atque ita
funis brevior evadat. aliunde
fibrarum atque funiculorum
intersticia ab introductis aqua
particulis majora fieri nequeunt,
quin diminuatur funis torsio.
hoc autem phaenomeno contingit,
et cum funium extremis maxima
pondera suspendantur, unde si

Extremis funiculi qui mox funiculent ~~ut~~ ~~funiculantur~~ maxima pondera, ~~ut~~ ~~possunt~~ aliquatenus elevati.

Caput 2um
De
Machinis compositis.

Infinita sunt prope modum machinarum compositarum species, ex quibus frequentiores in usum veniunt, trochleae compositae, cuneus, rota dentata, et trochlea; quo circa proposita sit aliqua universali regula qua aequilibrii casus possit facile in omnibus

determinari; de prædictis tantum quatuor machinis totidem agemus articulis.

Regula universalis.

In Machinis compositis potentia debet esse ad resistentiam in ratione compositâ omnium rationum quas in singulis machinis simplicibus, si separatim agerent, potentia ad resistentiam habere deberet.

Ex. Nam si ratio resistentiæ ad potentiam, ope machinæ simplicis in quam [illegible] potentia resistentiæ, et ut 10 ad 1, resistentia et 10 ope hujus machinæ contentibus [illegible] prot entiæ et 1. Ergo si loco [illegible] alterâ machina simplex substituatur,

Resistentia est 10 agat tantum vel 1, in hanc machinam.

Si in secundâ hac machina Resistentia ad 20 æquilibretur, cum potentiâ vel 1, potentia debet esse vigesima tantum pars actionis resistentiæ in hanc machinam. Ergo cum actio resistentiæ in eam machinam sit decima tantum pars absolutarum ipsius virium, potentia debet esse ad resistentiam vel 1 ad 200; et sic porrò: sed 1, et ad 200 in ratione compositâ omnium rationum quas in singulis machinis singulis cibus si separatim agerent potentia haberet ad resistentiam. ergo 8000.

atque hinc intelligitur quare in vecto fracto (fig. 2a tab. 8a.) qui componitur ex quinque simplicibus funiculis, quorum quodlibet funiculum habet fulcrum, et in quibus radiorum ratio est vt 10 ad 1, potentia vnius libra equilibratur cum pondere 100000 librarum.

Articulus 1um

De Trocleis Compositis.

Trocleae compositae gallice dicuntur Mouffles; dum componuntur, vel primo omnes orbiculi funiculi trocleae in eâdem lineâ horizontali constituuntur et omnes partes orbiculi trocleae immobilis ab unico clavo trajiciuntur (fig. 11. tab. 6a.) vel secundò alii supra alios tum in trocleae mobili tum in funiculi in eâdem capsulâ disponuntur, (fig. 31. 31: tab. 9a.)

set tertio singulo ita componuntur ut omnes sint mobiles. eò tantum — brupta cui immediate applicatur potentia. (fig. 33.)

Propositio 1.a

In primò et secunda specie trochea composita, si varia funiculorum sint inter se parallela, datur æquilibrium sit ad resistentiam, et vnitas ad numerum funiculorum quo in trochea mobile agunt.

Dem. Nam cum pondus sustineatur a capsulâ trocheamum mobilium, et ea capsula sustineatur a funiculis, quibus ipsa suspenditur circumducuntur illius trochea; actio ponderis singulis funiculis vniformiter distribuitur. quamobrem actio ponderis in quosvis et unus funiculus et tantorum vi, ejus absoluta quanto plena sunt

Crura quo in trocleam mobilem agunt, capsulam; potentia autem Non fuerit nisi actionem quam gravedo exercet in funem unicum adeoque gravedo contraritas, si ad illud se habeat vt vnitas ad numerum crurum funis quo in trocleas mobiles agunt. Ergo &c.

Corollarium.

hinc 1.o Si crura funis sint parallela, et illius extremitas puncto cuidam fixo annectatur, vel extremo inferiori capsulae trocleamum immobilium, potentia debet esse ad resistentiam vt unitas ad duplum numeri orbiculorum mobilium, cum in ea ratione sint crura funis; quilibet enim orbiculus mobilis duobus funibus simul sustentatur;

2.o Si autem funis extremitas alligetur extremo superiori capsulae

Trocleamum mobilium potentia ad pondere esse debet ut vnitas ad duplum numerum orbiculorum mobilium vnitate adaucturum, cum quilibet orbiculus a duobus funibus suspendatur et adsit prolenta cum extremo superiori capsulae alligatum.

Scholium.

Cum funis curva non sunt inter se parallela et anulo curva quam libet ex trocleis mobilibus amplectentia eundem hinc inde cum ipsius directione angulum efficiunt.

1°. Si funis extremitas annectatur puncto quodam fixo vel superiori capsulae trocleamum immobilium extremo, potentia debet esse ad resistentiam, sicut unitas et ad summam quotcumque cuiusque corda arcus trocleo mobili quem funis amplectitur. divisa per summam radius

2°. Si funis extremitas alligetur extremo superiori capsulæ trochearum mobilium, potentia debet esse ad resistentiam ut vicissim ad summam quotientis medio cordo trochleæ immobilium infimo diviso per summam radium, et quotientium cujusque cordo integro trochearum mobilium, per summam radium diviso: quo ambo coram demonstrabuntur.

Propositio 2ª.

In tertia specie datur æquilibrium si potentia sit ad resistentiam ut vicissim ad numerum 2n circitum ad potentiam, quam designat orbiculorum mobilium numerus.

2°. nam videlicet secundum orbiculum mobilem non sustinetur nisi mediam partem ponderis ex-

capsulâ primi orbiculi pendentis; cum illud pondus æqualiter distribuatur in duo funiculi primum orbiculi amplectentia, et secundus orbiculus mobilis non sustineat nisi actionem altrutrius ex his funibus. quoniam igitur actio quam secundus sustinet orbiculus in duo partes funiculi æqualiter distribuitur, et potentia non sustinet nisi actionem altrutrius ex his funibus, non sustinet videlicet nisi quartam ponderis partem. ergo ex facto cum hic æquilibrium sit potentia sit ad resistentiam ut 1 ad 4, nempe ad numerum 2, ad secundam potentiam videlicet, cum duo sint tantum orbiculi mobiles. Si verò 3, 4, 5 &c essent tractiones mobiles numerus 2 foret

Vehendus ad Tertiam, quartam quintam potentiam, et eodem modo facile demonstratur. Ergo &c

Articulus 2um

De Rotis Dentatis.

Rota dentibus seu cremis aequalibus et aequidistantibus in ambitu instructa dicuntur rota dentata; machina seu pars machinae pluribus hujusmodi rotis simul unitis composita dicitur gallice Rouage.

Quolibet Rota finitur cognomine a Vi versatile qui in ambitu aequalibus et aequidistantibus paritur instructus vel dentibus seu cremis (fig. 3a 7 tab 8a) quo tempore gallice dicitur pignon, vel cantellis seu

minoribus cylindris, (fig. 34 Tab. 2ª 8ª) hoc tunc vocatur gallice lanterne vtrumque voce communi Rotulam appellabimus.

Cum plures rotæ dentatæ componuntur primæ figuræ pars machinæ, et manubrium vel rota multis donata cremis, cujus rotulæ Justmitur cremis aut Cancellis quos rota dentata suis cremis excipit. Rota hæc dentata quam alia rotula formitus Cometitur, atque suis rotulæ cremos aut Cancellos. altera rota dentata suis cremis pariter excipit, et sic consequenter ad vltimam usque Rotam dentatam, Cujus axis et Cylindrus vniformis

nullis remis aut Cancellis instructa, circa quem funis circumvolvitur.

Propositio 1.a

In rotis dentatis datum Equilibrium si potentiae sint ad pondera ut productum radiorum cujusque rotulae et Cylindri ultimae ad productum radiorum cujusque rotae et anaembii.

Q.o. quolibet rota cum sua rotulâ exhibet axem in peritrochio in quo ut detur Equilibrium potentia debet esse ad Resistentiam ut Rad. Cylindri ad radium Rotae unde in quolibet Rota dentata cum sua Rotulâ potentia debet esse ad Resistentiam ut radius

rotula et ad radium Rota. in machina autem Compositis potentia debet esse ad Resistentiam in ratione composita omnium Rotarum quas in singulis machinis simplicibus, si separatim agerent potentia deberet ad Resistentiam haberi ergo &c.

Ut vero sit ratio radiorum rotarum ad rotularum radios ut 8 ad 2 potentia ut applicata radio rotæ contraheret ac cum pondere ut 4 suspenso Radio Rotulæ. verum Loco ponderis opponatur extremitas Radii rotæ secundæ in quam consequenter potentia agit et 4 adeo quia cum pondere ut 16. o quibus aaetur-

appenso radio secundo rotulo, et sic consequenter. ratio autem 1 ad 16 est vt productum radiorum utriusque rotulo ad productum radiorum utriusque roto; scilicet vt 4 ad 64. ergo. 8°.

Corollarium 1um.

Hinc 1°. quo, coteris paribus, major erit rotarum numerus, eo major erit effectus.

2°. quo minores erunt rotulo respective ad rotas, eo major erit coteris paribus effectus.

Propositio 2a.

Quando circumagentur rota dentata, numerus revolutionum,

rota cujuscumque A ita ad numerum revolutionum Rotæ B, cui mota impriment, sicuti numerus crenarum Rotæ B, ita ad numerum Crenarum aut Cancellorum ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ cui Rota A connexa est.

IV Dum Rota A vnam revolutionem peragit, vnicam tantum peragit hujus Rotula. Quoniam verò hujus Rotulæ Crenarum aut Cancellorum interticiis insertus, dentes Rotæ B singuli, singulis

Rota B non efficit nisi
partem revolutionis Seu quo
pars aequat videntur numerum
Crenarum aut Cancellorum
Rotula, quo numerum dentium
Rotae B, divisum. ergo rotula
Rota A, adeque, ipsa Rota —
A, eo plures quam Rota B —
revolutiones intra idem tempus
conficit, quo numerus Crenarum
aut Cancellorum rotulae minor est
numero Crenarum Rotae B.
ergo &c. —

Corollarium 2dum.

1o. Cum Circumferentia cujusque rotæ, in Dentes æquales et æque distantes Dividatur, Dentium numerationi Substitui potest circumferentiarum, vel etiam Radiorum Ratio.

2o. numerus revolutionum manubrii aut primæ rotæ et ad numerum revolutionum Rotæ ultimæ, adeoque Gis axeos sicuti producuntur numeri dentium aut circumferarum aut Radiorum cujusque Rotæ, et ad producum dentium aut Circumferentiarum aut Radiorum Cujusque Rotulæ,

latera pariter premantur.

Atque hinc est ut maris
et fluviorum lacuum superficies
convexa sit, licet plana
apparent. Siquidem cum aquae
columnae nequeant esse alia alis
altiores debent extrema

carum superiore a centro terræ
æqualiter distare; quod fieri non
potest, nisi convexam prostent
superficiem.

Propositio 3a.

Liquores ejusdem gravitatis
specifica sibi mutuo contranitentes
in tubis communicantibus
sunt in æquilibrio quando harum
altitudines sunt hinc inde
æquales.

Pro quando duo columnæ
ejusdem gravitatis specificæ
sibi mutuo contranitentes, habent

æqualer altitudine ~~ac~~ pars interiora per quam communicatur, quoque est eorum ratio est evidenter æque pressa in genere opposito. ergo debet immota manere, cum Columnis hinc inde gravientibus, quo proinde debent esse in æquilibrio. ergo &c.

Scholium 4tum.

hæc propositio perinde vera est ~~ac~~ sive tubi communicantes sint, æquales, sive alii sint, alius ampliores; siquidem Liquidum in tubo ampliori contentum, non agit secundum se ~~totum~~ in Liquidum contentum in tubo exiliori, sed

tantam secundam columnam -
o qualem columna tubi exilioris, quia
pro excessum suo amplitudinis
agit tantam in latera tubi a -
quibus sustinetur.

atque ita in tubis diversa
amplitudinis communicantibus,
columna effectrix contraintentes -
sunt semper columna vigiliorum et
aequalis crassitiei; quia quemadmodi
columna ex se mutuo incumbunt -
solo et se mutuo solo impediunt,
ne descendant vel ascendant;
etiam si descente columna tubi
exilioris tota columna latioris -
tubi descendat, et descendente
columna tubi exilioris, tota -

columna

Columnæ tubi Latioris ascendat

Nam primum evenit quia cedente columna tubi exilioris descendit æqualis columna tubi Latioris, ea que descendente, columnæ Laterales defluunt in Locum ab eâ superne derelictum, versús quem deperunt minorem resistentiam. Sicque columnis Lateralibus in medium prolabentem continuo confluentibus tota tubi Latioris columna successive descendit.

Secundum verò id eo continget, quia descendente columna exilioris tubi, elevatur in tubo Latioris vna Glis —

columnarum quæ supra laterales diffluens sese componit ad libellam; in tubo brevis latitudinis non debet attolli nisi ea columna in quam incurrit columna tubi exilioris.

Si pondus tubo latiori impositum, attolli deberet per ascendentis columnæ pressionem: nam cum illud pondus superne hanc columnam cohibet; hæ laterales minus pressas premunt donec omnes essent æqualiter pressæ; et omnes simul ita pressæ assurgerent versus pondus ob minorem resistentiam; atque ita pondus attollerent.

Appendix
De
Tubis Capillaribus.

Tubi Capillares sunt tubuli angustiores ex vitro aut aliâ quâcumque materiâ; sic forsan dicti a similitudine capillorum, qui sunt globuli quibus dam humoribus devendi apti.

Capillorum tamen crassitiem longe superant tubi capillares, qui vulgò adhiberi solent; imo eorum effectus observantur in tubis quorum diametro duas-

Lineas, vel duas Lineas cum
dimidio æquat.

Illi autem effectus sunt
Liquorum supra Libellam
elevatio; solum hactenus
mercurium excipit experientia.
hic in tubis capillaribus nunquam
ad Libellam ascendit sed infra
semper restiterit.

Phænomenon illud, hos
ante centum annos incognitum
mirum hydrostatica paradoxum
tribuerunt Statum physici, minori
aeris in capillari tubo pressioni
sive ac crassior tubum capill-
=arem subire nequeat, sive

minus in eo densus et compressus-
sit, sive magis condensatus —
gis Columna, aut ab affricto
majori majores Deperdat vires.

Hanc vero Sententiam —
penitus evertit experientia, ad
Laudem enim altitudinem —
ascendunt Liquores intra tubos
capillares in recipiente machina
pneumatica aere exhaustato,
ac in aere Libero.

Proinde oblongatos ex-
tubum capillarem Barometri.
Bullulas mercurius ad eandem
altitudinem suspensus singulas
atmosphaeras variationes,

aliorum instar sequitur et ex quo patet, pressionem aeris a tubis capillaribus imminui.

Hanc itaque sententiam brevi excipit altera, nempe gravitatis liquorum in tubis capillaribus imminutio; aqua, aiunt, adhaerebitur tubo, adeoque pars ejus ponderis a tubi latebis sustinetur, eo quidem majore quo strictior est tubus: unde ut perseveret aequilibrium, aqua debet a tubis attolli;

Verum si a pressione columnarum collateralium liquor supra libellam

deferatur in tubis capillaribus
nunquam contingeret elevatio
hujusmodi, nisi liquidum intra
medium stagnum immergeretur,
experientia tamen docet, aqua
guttulam juxta exteriorem
tubi capillaris superficiem
prolabentes, ubi ad ejus perveniunt
horificium, celeriori motu retro
grado intra tubum ascendere. —
Jusque liquoris ad tubum adhaesio
infringit quidem ejus pondere
partem quandiu quiescit, sed
nequit attolli quin totum ejus —
pondus superandum sit; quod
admodum corpus filo suspensum

nutiquam gravat suppositam manum, nisi conatum illud attollere.

Satis ibus praetactis tribus plusicis non dum habemus ~~nondum~~ ~~aliter~~ qua causa fiat ut alio et suspensio liquorum in tubis capillaribus, quam ob rem ex constituto nostro ea motibus attractivis Tribuamus; Sit igitur

Propositio 1.ma

Lex Legis attractionis Explicantes Tuborum Capillarium Phaenomena.

Do Praecipua Tuborum Capillarium Phaenomena, Sunt aqua et alii Liquidi Supra Libellam Elevatio Seu Suspensio; Mercurii Verò Infra Libellam

depressio. hæc autem quæ attractionis Leges explicantur.

5°. quidem, particulæ aquæ et aliorum Liquorum, majori vi attrahuntur a vitro, quam se mutuò attrahunt; siquidem vitrum densius est aquâ, cæterisque Liquoribus; et attractio sequitur densitatem superficierum se se contingentium.

Præterè si aquæ Gutta vitro adhæsum, novis vementibus Guttulis Cranior fiat et proindeque, quam ut valeat sustineri, efformatur velut 2a Gutta Jnsha Siorum, (Fig.a 4a Tab.a 9a); ita Gutta sibi Jnvicem adhærent quæ quæ Collum, statuit Cranium, sed

Quod continuò tenuius fit, quo
proportione crescit Gutta Inferior;
ergo hæc gutta proprio pondere et
virtute attractiva deconstrahet
superiorem, quam ideo secum
necessario rapiet, nisi Solidus vitro
adhæreret. Gutta autem Inferiori
cadente, Superior remanet applicata
vitro, quo proinde magis a vitro,
quam a gutta Inferiori attrahitur.
Ergo particula aquæ majori vi
attrahuntur a vitro quam sibi
mutuò attrahunt.

Cum Igitur Tubus Capillaris
superficiei aquæ immoretur (fig. 1ª 2ª)
Inferior Tubi Annulus majori vi
attractiva Donatus quam Super-
Liquidi Particula aquam contiguam
ad se attrahet, quæ cum fortiori
Impressione subeat obsequia, Intra

tubum ascendebat ad ejus annuli altitudinem. Sic ab annulo superiori certa vi juxta tubi Longitudinem attrahitur Simul que certa quoque vi a priori annulo attrahitur, juxta directionem tubi Longitudini perpendicularem. (fig.ª 6.ª) quo circa diagonalem Sequi Conabitur, quo Cum sit obliqua tub: Lateribus decomponitur in perpendicularem que in Cringitur, et in Parallelam tubi ascendendo obsequitur; Debet igitur ascendere donec Gui Sonder Continuó Crescens, dum Columnula fit altior, equilibretur Cum annuli Superioris attractione, aqua ibi Suspensa Retinebitur. Ergo 1.º Sex Leges attractionis Explicatur, quo Supra Libellam Elevatio. 1.

atque Suspensio, quod quantum ex aliis Liquoribus Intelligendum.

2°: Cum Mercurius Set Vitro densior, ejus Particulo majori vi sese attrahunt, quam attrahantur a Vitro.

Etvero Si Globulus Mercurii Crystallo adhorens, Certa mercurii quantitati admoveatur, derelinquit Statim Crystallum et nec Vestigium quidem remaneat, Similiq que Cum mercurio Confundatur, ex quo Sensicum est Globulum hunc Se a mercurio majori vi quam a Crystallo attrahi. Itaque cum Tubus Vitreus Capillaris admoveatur Superficiei mercurii, ejus Globuli vi Majori ad Se mutuo tendunt

quam ferantur ad Vitrum; quam obrem debent Vitrum effugere, quod fane contingere nequit, quin lo in Loco excavetur mercurius, ac proinde pro Libellam deprimatur.

Ergo 2.° Per Leges attractionis explicatur mercurii pro Libellam expretio in Tubis capillaribus.

Ergo Q.E.D.

Corollarium I.m

1.° Ex Majori Attractione Vitri patet Cum Aqua Vitrum madefiat, adeoque Vitrum Totam nunquam Dimittit aquam quam attrahit, Per stratum tenue quidem Retinet; Proterea cum aqua in Sipho Contenta hi beat,

Superficiem Concavam. nam cum partes aqua magis attrahantur a vitro, quam sese mutuo attrahant, quo fiunt tubi Lateribus sicuti versus Latera ferantur et elevantur, sic quo Superficiem Concavam efformant. (Fig. 8a.)

L.P. Ex Minori attractione vitri deducitur, cum Mercurius, ne vestigium quidem sui, supra vitrum relinquat, deinde cum Convexa fit Superficies mercurii, in Sipho vitreo Contenti. nam cum ejus Particulae sese mutuo validius attrahant, quam attrahantur a vitro, Partes Laterales, vo Sipho medium fortius. quam

versus vitrum attrahentur, unde
conantur hæc latera effrangere
frustra quæ versus medium, ubi
accumulantur, atque sic convexam
efformant superficiem.

Scholium. IVm.

Sin attractiva particularum
aquæ ea est quæ possit hujus liquidi
guttam sustinere, vt docent stillicidia.
quamobrem cum aqua gutta ab
illo sustentata, prolabatur quando
hujus pondus vnius adauctum est.
attractio illi nequit majorem aquæ
copiam sustinere quam ipsa
aquæ attractio, adeo quæ in tubis
elevantur et sustinentur cum aqua
gutta.

Quo Quidem Non Est Semper determinata Magnitudinis Sed Major est Cum Major qua Sustinetur est Major. quia Cum Aures Partes Immediate Sustinentur a Vitro; vnde etiam si major Sit Gutta quolibet Ges Pars non ideo majes Pondus Sustinet.

Itaque Gutta quo Major est quam possit ab Exteriori Tubi Capillaris Superficie Sustineri, Sustinebitur ab hujus tubi Extremo, Juxta Tubum Cogetur ascendere: vt Experientia docet: quia Cum Vitri Superficies, cui applicatur Gutta major est

atque ita plures Guttæ particulæ attrahentur et Sustinentur.

Scholium. 2um.

Cum Sphæra attractionis vitri in aquam sit brevissima, Corpus intercepturum aquam inter et vitrum, impediet quominus aqua ponat a Vitro attrahi. Hinc si Cebo illuminatum Interior Tubi Capillaris, Superficies aquæ Supra Libellam non ascendit. In Tubis Majoribus non ascendit aqua Supra Libellam, quia Cum unica aqua Gutta in Tubis Capillaribus Elevetur ac Sustentetur, aquæ quantitas,

In tubis Elevata ac Sustentata, non rapieret modum Guttula, quia ab Inferiori Tubi orificio potest Sustineri. Sed Gutta quae In tubis majoribus ab Inferiori Tubi Orificio foret Elevanda vim attractivam vitri et aquae Superandam superaret; adeoque Lavari nequit et aqua Supra Libellam non potest Ascendere.

Propositio 2.a

Tota superficies interna Tuborum Capillarium successive concurrit ad Elevationem aquae.

D.o Si Tota superficies Tubi Capillaris divisa concipiatur in annulos Circulares Latitudinis Infinitesimae,

Et Sphera activitatis ejus quæ radii
ultra communem Latitudinem non extendatur,
tunc annulus Inferior ad se attrahit
aquam, quo deinde a Superiori
attracta ad eum usque descendet;
Particula quæ ad hanc usque altitudinem
Elevata, a Pertio Superiori ob eandem
Rationem Sursum attrahitur.

Quoniam vero Secundus
annulus Continuo attrahit Sursum,
Particulam aqueam proximo
annulo Contiguam, quantum Particula
ad Secundum usque annulum
Elevata deorsum priori Retrahitur
a Particula Sursum, et deorsum
æqualiter Trahitur: unde ho-
rores Sese Mutuo destruunt.

Cum igitur particula secundo annulo contigua a secundo annulo insuper attrahitur, juxta directionem tubi lateribus perpendicularem; et a tertio annulo attrahatur sursum juxta directionem eidem lateribus parallelam, debet jam diagonalem, quo cum fit obliqua tubi lateribus, decomponitur in perpendicularem quo infringitur, et in parallelam juxta quam aqua movetur. Ergo per attractionem tertii annuli aqua secundo contiguo debet ascendere. quo cum ac 4.°: 5.°: 6.° dici partes fonis aqua elevatio successive efficit a tota interior tuborum capillarium superficie. ngo 8.°o. —

Scholium 3vm.

Etiamsi Tota Superficies Interior Tubi Succenturiae concurrat ad aquam Elevandam Solo tamen annulo Immediate Superiori aqua Jam Elevata altius attollitur, cum Inferiorum annulorum attractio Sese mutuo destruat.

Ille autem annulus non solum Particulam aquae contiguam attollit, Sed Etiam Totam aquae columnam In Tubo Contentam. nam cum hac Columna nunquam Superet molem Guttulae quam aquae Partium Cohaesio Sustinere Valet Sed annulus Superior Particulam aquae Contiguam Elevat et —

Totum aquæ Cylindrum secum attrahet; vnde annulus attollitur. Vnde Resistentiam Fondui aquæ intra Tubum Contentæ: quam ob rem, Crescente Pondere quæ Proportione ascendit aqua, et eadem Interea Remanente vi attractiva, cum annuli Sint æquales et Vniformes, Velocitas quæ intra Tubum ascendit aqua, Continuo Imminuitur, adeoque a qua intra Tubum Levari Tandem desinet et Sua cuique Tubo erit altitudo, quam nunquam Transcendet aqua, quod fiet vbi Fondus Cylindri aquei vim attractivam vitri æquabit.

Corollarium 3tum.

1o Cylindrus aqueus dum Quiescit, a sola vi annuli Immediate superioris elevatus sustinetur, cum diris superiori sup. Jnferiori illidant.

2o Datis iisdem duorum tubor. Capill. inaequalium diametris, aqua in utroque ad Landem altitudinem ascendet, et si altero sit altero longior, cum aqua non elevetur, nisi vi annuli Immediate superioris quo Contantes eadem remanent quantacumque sit Eubi longitudo, hoc Jusqyeo docet Experientia si Contrariae observationi opponat Wus Kembroekius

has ab extraneis circumstantiis pendere satis liquetur, cum ipse fateatur nullam dari rationem constantem inter altitudinem aquae et tuborum longitudinem et aquam ad eandem altitudinem supra libellam ascendere, sive profunde infra aquam immergantur tubi, sive ipsius superficiei levitio tantum admoveantur.

Propositio. 3.a

Altitudo ad quam aqua in tubis capillaribus elevatur — est inversa ut tuborum diametro.

D.o nam aqua nunquam

desinit ascendere, donec hic ponderis
æquet precise vim qua attrahitur,
sed pondus Cylindri aquæ intra tubum
contenti est ab duplicata tubi
diametro pro altitudinem columnæ
aquæ multiplicata; ergo aqua
ascendit donec productum duplicata
tubi diametri, et altitudinis columnæ
aquæ æquet vim qua attrahitur.
hoc autem vis est et excessus vis
attractivæ vitri supra cohæsionem
partium aquearum multiplicatum
pro annulo immediate superiori
superficiem: aqua igitur ascendit
donec productum duplicata tubi
diametri et altitudinis columnæ
aquæ, æquet excessum vis attractivæ

vitri supra ~~excessu~~ Cohors iouem
partium aquearum multiplicatam
seu annuli immediate superiori
superficiem, seu quod ipsam tubi
diametrum, cum illa superficies
est diametro proportionalis. ergo
cum aqua semel ascendere, ipsius
altitudo aequat productum excessus
attractionis vitri, et diametri
tubi diuisum per diametrum
duplicatam, cum igitur in
eodem liquido excessus attractionis
sit quantitas constans altitudo
aequat diametrum diuisam
per quadratum diametri, seu
est inuersae ut diameter.
ergo &c.

Corollarium 3um.

1° Cum Experimentum attractionis vitri supra Cohaesionem partium Liquidi, mutatis modis variato sint pro diversa Mole Liquidi, omnia Liquida non debent juxta eandem Cubum ad Eandem altitudinem Elevari.

Atque sine Intelligitur cur spiritus vini, etsi aqualis cum aqua alte Tubum ascendat, quia scilicet major est ejus partium cohaesio.

Cum Mercurius intra Tubum capillarem (fig. 38) Remaneat infra Libellam expressus, quia cum partium mercurii cohaesio sit

major, attractio ne Dici expressa
attractionis quod dicitur et quantitas
inegaus quo id circo expressionem
ex quod atque ha expressio
Jnversam diametri tubi Rationem
sequitur.

2°. aqua Jn tubo prius mada-
facto ceteris altius quamvis adeum
Sypho ascendere, tum quia minorem
Deum ascendit, Satelem effrelum,
Tum quia adhaerente Grato tenua
Cancellicularum efformante minor
est tubi diametro.

3°. Jn tubo majoris diametri
major est quantitas aquae supersus
quamvis in tubo minoris diametri
nam quantitas aquae est ex Jus
altitudo seu Quadratum

diametri multiplicata, altitudo
vero est inversum diametri. —
ergo quantitas est in Ratione
diametri.

4°. Si duo lamina aqueæ vitreæ,
verticales, sibi mutuò ita apposita —
ut per eorum extremum verticale sese
tangant; et in alio parum a se
mutuò distent, immergantur secundum
inferius aqua stagnanti, aqua
inter ipsas subit ad altitudinem
reciprocè proportionalem distantiæ,
quæ inter ipsas laminas reperiuntur,
(fig.ª 12ª.) Contrarium fit quando —
Lamina immergunturæ Mercurio.

5°. In tubo qui inæquales
habet diametros, circumferentia

minor altius suspensam aquam sustinebit, quam Major Cirrus fornicis; hoc autem non fit quod Major annulus majorem vim habeat, quam annulus major; sed quia vi annuli minoris, et magis concentrata, adeoque efficatior, cum quolibet aquæ particula a pluribus punctis attrahatur; atque sic intelligitur cur in tubis minoribus aqua altius et velocius ascendat.

Propositio 4a.

In tubis conicis rectis capillaribus ita interior superficies concavitas non solum ad elevandam aquam, ut fieri solet in cylindricis, verum etiam ad eam sustinendam

quod in Cylindricis non contingit.

Et nam ideo in tubis cylindricis, solus annulus immediate superior pertinet aquam, quia attractiones annulorum inferiorum absolute et effective aequales se mutuo elidunt. Sed hoc idem contingere nequit in tubis conicis rectis. Siquidem annuli superiores cum sint minores inferioribus, majori superficie et vi attractiva adornatiori respective ad aquam quam elevandam habet. Ergo omnis eorum conatus ab annulis inferioribus non elidetur; quo circa possunt adhuc dum hoc visum exerere aqua parem sustentare. Ergo in tubis conicis rectis tota interior superficies concurrit ad aquam sustinendum aliosve liquores: ergo &c.

Corollarium 4um

In tubis conicis idem annulus-

plus minus ve aqua sustinet, quam in Cylindricis, prout Conus rectus est aut Inversus. Sint (8.3) tres tubi A, A, A, (fig.a 10.a) et annulus C sit in omnibus aequalis, aqua ad laudem altitudinem in omnibus suspensa maneat, unde aquae Copia in tubo conico Inverso suspensa minor est quam in Cylindrico, in isto minor quam in Conico recto. quod fieri non posset si x soli annuli C, C, C, aqua sustinerentur cum annuli aequales, aqualem vim habere debeant, sed in tubo Conico Recto, aqua non sustineretur a solo annulo C, qui sustentabitur tantum modo aqua Cylindrica aequalis columna aquae in tubo cylindrico suspensae aqua residua ab utroque tubi annulis sustentetur. Partem in Conico Inverso annulus C possit cylindricam aqualem columnae aquae in cylindrico suspensae sustinere. contra annulis superioribus partes ejusdem illi deficientibus, cum illa aqua sustentare posset. —

Corollarium 5.tum

Tubus AB, fig. 90.) duabus crustis partibus AC, BC, quarum diametri multum differant, in aquam immergatur quamvis tubus, aquam CB aquam elevare non posset nisi usque ad E. attamen si tubus AB aquâ repleatur usque ad D, aqua ibi suspensa manet, dum modo pars AC sit talis diametri, ut tubus ejusdem crassitiei aquam elevaret ad altitudinem B; si vero tubus invertatur ut FG. aqua non suspenditur nisi in puncto F ad quam

altitudinem elevaret in tubo cilindrico

Doqualis diametro annuli F.

In 1.° tubo aqua sustineretur ad altitudinem BD, quia annulus D sustinet columnam altitudinis BD et liquoris residuum a tubi parte convexa C sustineretur a quibusdam annulis tubi CA, qui versus C necessario posituri et.

Sed in tubo inverso partes inferiores, non modo non accelerant elevationem aquae, veru eam potius retardant; et ~~Etiam~~ si aquae quantitas FG minor dito quam si tubus ubique foret ejusdem diametri ac in F annulus

tamen F non minorem habet superandam resistentiam, cum pars Strictior Tubi G sua attractione deorsum aqua ve ficientes fondes subeat.

Scholium 4um

Quod ex primo Tubo dictum est (figura 9a) dici potest ex Tubo HI (fig. 11a) cujus pars Strictior HK est Capillaris. Latior, id est KI, est vno Conicus sollice cum Semice Lata, et altitudo HI non superat altitudinem ad quam aqua Elevaretur, in Tubo Gin-dem vbique Cylindrici ac pars Strictior HK; nam si repleatur vsque ad K aqua ibi suspensa manet tiam in Vacuo.

Hoc Enim mirum Phænomenon Hinc potest intelligi quod Convexitas

LK partis Latioris KI, cum magna sit, potest simul cum annulo H totam aquam sustinere, siquidem videbatur ex quod libet punctum Circulorum L, K, convexitatis tantam vim attractivam habere, quantam habet annulus H subjectam sibi Columnam debet sustinere, quemadmodum annulus H sustinet Cylindrum ejusdem diametri et altitudinis, presertim si aqua sit aere quantum fieri potest expurgata, qualis erat, quo in experimento usurpata est.

Contra hanc Rationem opponi solet quod si pars Latior tubi (fig. 11a) sit capitatam

ea quæ non omnino explicatur; nec
ab Portam Cantum attitudinem,
quo tamen magis fit ea aequam,
aqua potest a Latiori parte trovaj
si tunc aqua guttula in tantum
strictiorem a digito manufacto
immittatur. columna in parte
Latiori suspensa manet, non
secus ac si integra foret.

hoc autem non contingit
in vacuo seu guttula per
orificium superius et columna
seu inferius effugit. unde patet
hoc phænomenon ab eadem
causa non prendere ac primum
adeo quæ nunc profert allatam
rationem in surgere.

In hoc vero Casu aqua supra
supra altitudinem Latioris
partis attractioni debitam pendet
a majori aëris exterioris pressione.
Siquidem cum pars strictior
tubi sit Conica, attractio mali
superioris major est quam attractio
inferioris, sic quae per excessum
attractionis sursum infringi-
tur vi pressionis aëris, quo in-
drificium inferius tota Libra
exceretur, adeo que columella
Liquidi in Latiori parte tubi
ab aëre sursum majori vi quam
deorsum premitur. vnde sic pesata
debet manere supra altitudine

ad quam solam attractionem Latioris Tub: partis Elevaretur.

Scholium 5.m

Si Aqua in Tubo Capillari B (fig. 6a) suspendatur ad altitudinem ED et Tubus inversatur, aqua in Tubo inversus A, non Remanet in parte superiori seu Descendit usque ad A, nec Repleat partem CA.

Nam quamvis annulus ED, totam aquam in Tubo Recto sustineat, et Annulus B, ejus vim æquet, id tamen nequit aquam in Tubo inverso so-

sustineri. Cum enim precise habeat vim quo ad sustinendam aquae Columnam E B, necessaria erit, si quando ejusdem Columnae sua vi quo ad eum petitur, augeatur; videlicet aquam non posse ab annulo B amplius sustineri; porro ejusdem vis ab attractione annuli superioris CD adaugetur, cujus vim non Elidetur. Siquidem quo tempore annulus immediate superior, CD sursum trahit aquam particulam CD; hic annulus deorsum trahit aquam

Particulam, annulo superior respondentem: qui duo conatus cum sese mutuo destruant; annulus inferior CD debet effective in aquam lib. respondentem agere.

Si pars inferior AC tubi inversi cebo illiniatur, non descendet aqua columna sub annulo, FB, suspensa sustinetur. Si tubus non sit oblitus cebo nisi ab A usque ad F aqua descendit usque ad EF, sed hunc terminum non transgreditur.

Articulus 2um.
De
Æquilibrio Liquidorum
Diversæ
Gravitatis Specificæ.

Liquida diversæ Gravitatis specificæ illa sunt, quæ sub-
pari volumine inæqualiter pondera-
quoque idcirco æquilibrari non possunt,
quin ad inæqualem consistant altitudi-
-nem quo ut determinentur —

Sit —

Propositio 5a D.

Liquores diversa gravitatis specifica illa sunt, quo sub-
sint Volumina proquantitate-
Conderant sibi mutuó contra
nitentes in tubis communicantibus,
sunt in Aequilibrio quando corū
gravitates et altitudines sunt
in ratione reciprocā.

Do. Liquores sibi mutuó
Contranitentes in tubis —
Communicantibus, sunt in
aequilibrio quando in se mutuó
agunt per vires effectivas —

æquales; idem quando in fluentia
æqualitas ponderant. hoc autem
prostant Liquorum diversa
Gravitatis specificæ, quando
Volumen Unius est ad Volumen
alterius, sicuti Gravitas ejusdem
Specifica est ad Gravitatem
Specificam prioris, cum Gravitas
Specifica fit in Ratione
Composita et directa ponderis
et inversa Voluminis; Volumen
autem cum Volumine contra-
-rium esse Quis dum Crassitie
est in Ratione altitudinis.
quæ circa Liquorum Gravitatem
gravitatis-

Gravitatis Specifica æqualitatem in se mutuo Condenant, quando eorum Gravitates et altitudines sunt in Ratione Reciproca. Ergo &c.

Utrò si Mercurius et Aqua, ab ipsi tubis Communicantibus seu profundiora Constituantur, ut demum sint in æquilibrio, eorum moles æquales Esse debent: Cum autem Experientiâ Constetur Gravitatem Specificam aquæ, Esse ad Gravitatem Mercurii Circiter, ut 1 ad 14: si altitudo Mercurii æqualis foret altitudini aquæ, moles mercurii foret ad molem aquæ, ut 14 ad 1. ut igitur molimen obtineatur æqualitas, $\frac{1}{14}$ pars totius mercurii Requiritur, cujus altitudo aqua altitudini est æqualis; decima Verò quarta pars Liquidi in eodem Cylindro

Eam altitudinem obtinet, quæ est sar-
decima quarta prioris altitudinis;
vnde altitudo quoque Mercurii, debet
esse gran decima quarta altitudinis
aquæ.

Hoc tutem Experientia confirmat,
nam si mercurio in tubum incurvatum
immisso et ad Libellam Lidejude
Composito, aqua in altero crure
Effundatur, dum 14 Gradum attingit
altitudinem; mercurius in altero
Crure vno tantum Gradu Elevatus
Est: Seu altitudo mercurii est
1/14 altitudinis aquæ; adeo quæ horum
Liquorum æquilibrantium altitudines
Sunt inversæ ut eorum gravitates
Specifica. Ergo &c.

coroll-

Corollarium.

Sine 1.º Comparatis altitudinibus ad quas consistunt Liquores diversa Gravitatis Specifica in Tubis communicantibus æquilibrantes, haud arduum erit Cognoscere Rationem Earum Gravitatum Specificarum. Cum aquâ ponunt æquilibrari non Solum mercurium, sed etiam oleum, spiritus Vini &c., et secundum altitudinem quâ vnum alteri superest, determinatur qua quantitate liquidum magis dependentum Gravius est altero.

2.º Cognitis duorum Liquorum densitatibus, et quemspectâ graviori altitudine quantâ sit levioris altitudo potest facilius determinari; cum altitudo sit in ratione inversâ

densitatis.

Itaque si vitreator, fundo maris prospiceret mercurium in tubo incurvato, cum solâ aquâ contra nitentem ad 8 pedum elevari, affirmaret posset columnam aquæam in altiorem prementem 14 pedibus altam esse.

Scholium.

Aër Est fluidum, grave, elasticum, orbi terraqueo circumfusum, quod proinde omnia corpora terrestria premit, solens que cum variis liquidis in æquilibrio componi, modo altitudines sint densitatibus reciproco. Pluris habet aër pro proprietates quas

hic-

hic Investigandi Locus non Est;
Ejus tantum æquilibrium cum aliis
fluidis Contemplabimur.

Propositio 2da.

Ab aeris pressione Repeti Debet
suspensio mercurii in tubis aeri
Barometro.

Pro Nam ab eo Debet Evidenter
repeti Suspensio mercurii in Barometris
aliis et tubis quo cum ita Conjungitur,
ut eo posito Sonatum, eo variato,
Variatum, eo Sublato Collatum; atque
Soritas Pressione aeris, Sonitus Suspensio
mercurii; ea variata variatus: ea
Sublata Collitus.

1o quidem Ubicumque premit aer
aut per suam Gravitatem aut per

Suum Elaterium, Sive Suma in aperto Campo Sive Jn cubiculo Suo Clauso, Sive in una chimia pneumatica crani aeri plena. Mercurius Semper Jn Barometro Suspenditur. Ergo Posita Pressione aeris Sonitus Suspensio Mercurii.

2.º Jn Sede montis ubi major est aeris Pressio quia Ejus Columna altiores Sunt, mercurius altius Suspenditur; et Jn vertice montis ubi minor est aeris pressio, quia Breviores Sunt Ejus Columnae, minus alto Suspenditur mercurius. Ergo — variata Pressione aeris Variatur Mercurii Suspensio.

3.º Si tubus Jn quo mercurius

Suspendatur, in machina pneumatica
ponatur, quantulumque ex illa aëre
educatur, mercurius ipse quantulum et
eadem proportione descendit quam aëre
extrahitur; Educto quoque aëre, integra
quoque mercurii moles in subjectum das
minuit descendit, vel nulla ipsius pars
in tubo suspensa remaneret: Restituto
deinde sensim aëre, mercurius quoque
sensim ascendit, donec integro aëre
restituto mercurius ipse pristinam recuperet
altitudinem et illa proinde mercuri-
orialis suspensio aëris modo majori
modo minori pressione, cui suspensio
ipsa accuratissime respondet, ligatur.

Scholium 1um

Tubus qui vulgo solet adhiberi,
Torricellianus dictus, est tubus vitreus,

4 prædibus Longius, una tantum parte apertus, et altero hermetice clausus (§ 97. tab. 12.) hic tubus mercurio repletus, et digito orificium obturante, inversetur; atque hic orificium digito adhuc occlusum, in ipsa mercurii in Vase stagnantis superficiem demergitur. Eumque remoto digito, mercurius sibi permittitur, ut vi sui ponderis ex superior tubo libere in subjectum vas effluere, vel descendere possit.

Cum vero aliqua tantum mercurii pars descendit, supremam tubi partem vacuam relinquens, et moles reliqua mercurii post varios ictus et reditus tandem subsistit ad 27 ½ circiter pollicum altitudinem, pendula atque fluctuans suspensa, sive tubus ipse longior aut brevior sit, sive recta aut obliqua sotius sunt horizonti.

a Tubo Torricelliano præterea differt

Barometrum vulgare (fig. 8.) Est
Enim tubus vitreus tres Circiter pedes
Longus, in parte superiori hermetice
Clausus, in inferiori recurvus ac in
ampullam desinens, quo tamen
instructa est orificio, et aeri externus
in eam subire potest; hoc instrumento
ut nimirum, quo metiatur aeris pressio, sive
quo crescens aut decrescens ejus pondus,
aut Elaterium cognoscatur.

Cum autem observationes docuerint
mercurium in maximis depressionibus
in aere libero nunquam ad 26 poll.
descendere, et in majori altitudine ad 29
pollices ascendere. In eodem loco, major
altitudinis mercurii variatio intra tres
pollices limitatur; sic quarisus ubi
media mercurii altitudo est 27 $\frac{1}{2}$ poll.
nunquam supra 29 pollices ascendit

et minquam infra 26. pollices descendit.
Hinc solent Physici longitudinem
Eximum pollicum in charta delineare,
et quemlibet pollicem, in 12 Lineas,
et quamlibet Lineam in 10 Partes quas,
Serupulos dicunt, dividere. ad initium
Instrumi pollicis scribunt 26; Secundi
27. Tertii 28 et ad finem Eximi 29.
Firmato ad Tabulam Barometro, 26
Pollices ad mercurii stagnantis superficie
numerant et ad istud punctum
applicant Eam cartha intres pollices
divisa Lineam, cui Numerus 26 est
adscriptus.

Postea Illud Barometrum Fuit alia
e plurimis authoribus inventa, sed quae
hic praetermittere decrevimus, praesertim
cum iis omnibus praestet vulgare cuique
Constructio Tradita Est.

Corollarium 1um

Fine S.i Jacobi de Montis vbi maior est aëris gravitas, quia Egis columna altior est Mercurius altius suspenditur et in vertice Montis, vbi minor est aëris pressio, quia brevior est Egis columna, minus alte suspenditur mercurius.

Illustrissimus Paschalius anno 1647, veracto ad Radices montis altissimi (Le pui-de-dome) prope Claromontanum in auvernia, tum in variis Egis altitudinibus, atque in ipso denique denique culmine, Experimento observavit majorem esse ad Radices montis mercurii in tubo suspensi altitudinem illam quae subinde ac gradatim in ascensu montis decrescere, ut cum in Radicibus esset 26 pollicum 3 Linearum in ipso deinde montis vertice, ad 23 pollicum 3 Linearum descendere.

2º Varia est altitudo mercurii in Barometro in locis supra libellam maris varia quantitate Elevatis, minor fit et in locis altioribus, et in depressioribus major. Juxta quantitatem accedendo ad aequatorem, et angulum versus polos progrediendo.

3º Cum aër ipse, aliorum fluidorum instar, non modo perpendicularitem, sed horizontaliter etiam, et obliquè pressionem suam exercet, ideo quia aër qui in cubiculo reperitur, ipsum suis ipsis corporibus, non eam solum pressionem, quae suo moli respondet, sed illam quoque exercet, quae illi a superposito aëre impertitur, ab aërea minima columna cujus amplitudo aequalis sit foramini, per quod interior aër cum exteriori communicat, et altitudo ad altiores fines pervenit. et ubi

aëris moles parietibus, vel vasis latentibus
perfecte occludatur, eandem densitatem
et tensionem conservat quam habebat
si a superposito aëre premeretur; huic
etiam si barometrum in cubiculo
perfecte clauso, vel pneumatico
machina ponatur mercurius in illo
ad eandem altitudinem suspendatur,
quâ suspenderetur in aëre libero;
cum aër cubiculo inclusus ab exteriori
libero quo aëre magis et fortius non
poterat comprimi, ita nec etiam
a mercurio cui in aëre libero, atque
sondenat, magis comprimi vel condensari
potest, ideoque Mercurius intra
cubiculum clausum in tubo
suspensus descendere non poterit.

Corollarium 2um.

Statim atque aër fit condensior, majori vi premit restagnantem mercurium, qui ideo majori vi per mercurium superfici Reagit: vnde mercurium debet altius ascendere, quó majori altitudine possit majorem vim in mercurium Restagnantem Exercere. Condensio autem fit aër,

1°. Cum duó aërei plures simul venti in partes oppositas conflictantur, sic enim maxima aëris copia cumulatur, vnde altior ac condensior atmosphera magis gravat Regionem, cui imititur; quod etiam quandoque ab vnico vento fieri solet, quando scilicet aërem ab aliis Regionibus vnam asportat, ibique eum priori aëre cumulat.

2.º Cum Ventus flat ab alto deorsum; Cum tunc deorsum premat aërem obvium, qui proinde ipsum mercurium Barometrum agit, quasi majori pondere comprimendum.

3.º Cum aër frigidior fit Rure Limum condensatur et atmosphæra deprimitur, unde vel aër Collateralis in Eum irruit; Sic que augetur aëris Sumentis quantitas, adeo que Gravio, vel Remanente — cadem aëris prementis Copia minor vi Centrifuga donatur, cum minus a Centro sui motus distet adeo que magis gravitat; quod sicut Etiam potest, quoniam ad Centrum Gravium tunc magis accedit.

4.º Cum atmosphæra majori — vaporum et exhalationum copia onerata, si aëre per plures dies quietus Remaneat, vaporibus Exhalationibus que Continuo

ascendentibus repletus, ab iis gravatur, sic quo mercurium in barometro magis premit et altius attollit, quod fieri, sed ortate inspicium fieri observatur; nam ortate si quo decem dies integros nullis omnino ventis aër agitetur; mercurium videtur, sensim a sine senis singulis diebus intra tubum ascendere, hoc autem ex vaporibus exhalationibus que intra aërem innatantibus, non vero ascendentibus descendentibus-ve intelligendum.

Corollarium 3.um

Cum aër sit levior, subjectum minori vi premit mercurium qui ideo ad minorem attolli debet altitudinem, quo possit aequilibrari cum aëre. Levior fit,

1.o Cum a vento quo dum flante horizontaliter per aërem e suo loco-

expellitur.

Expulsus ~~aeris ipse, et iterum intro~~
~~fluxum~~; nam quamvis aëo superior,
in locum derelictum irruat, Columna
tamen aeris sic jumimetas subjectam
regionem minus premit, adeo que
mercurius in Barometro descendit; sic
in procellis, quo vehemente furit
supra Barometrum ventus, mercurius
videtur paululum in eo descendere, qui
mox, vento placato in eodem ascendit;
tunc enim aëre undequaque in locum
derelictum irruente, sua cedit aeris
columna gravitas. rem experimento
confirmavit, hauksbee; nam aëre
in vase condensato jugiterum supra
ampullam Barometri excitat ventum,
mercurius statim decidit, sed mox

facato vento iterum ascendit.

2.° Cum ventus flat ab imo sursum. Tunc enim aeris gravitatem defringit, ejusque proinde diminuit pressionem.

3.° Cum aer exoneratur vaporibus et ex halationibus quibus onustus erat, sic cadente pluvia, mercurium sæpe descendit.

4.° Cum aer calore rarescit, quod ab effervescentiis et a radiis solaribus contingit. Cum enim aer ex columna rarefactus in vicinam transit; vel altior factus majorem habet vim centrifugam; vel ejus molecula a centro remotiores minus gravitant.

Scholium 2.a

ho Sunt Principua Causa, quæ

ad morphoram, graviorem aut leviorem efficiunt; innumera sunt formalia, nobis adhuc ignota, et felicioribus detegendo posteris; quas autem attoliimus, ea possunt efficacius aut minus efficaciter agere, pluries simul concurrere aut opponi unde diversa mercurii sendet altitudo.

Quoad ea in Vita Respectis, Liquidum est nihil certo posse ex varia mercurii altitudine presagire, an sudum ac serenum, nimbosum — fluviorum ve futurum sit; non pluvia cadente, non scena ante pluviam — mercurius visus quandoque ascendere et interdum descendere.

Praterea quaratione potent — actualis ad morphora

Seu altitudo mercurii in Barometro
Cognosci? nonne poterit ex o qualitas
gravitate, et purior, aut magis
impurus, exhalationibusque natura
prorsus diversis repletus esse, non ne poterit
quiescere aut agitari, altior aut depressior
esse, densior esse seu depressior aut
magis rarefactus, Sed altior superius
agitari, dum quiescit superius, aut
vicissim. Itaque ab altitudine mercurii
in Barometro determinari non potest
atmosphaera Constitutio. Sed ejus
tantum gravitas seu pressio potest
Cognosci.

Scholium 3tu

Quamvis Columna mercurii abaere
Contraria Sustineatur, potentia

tamen tubum sustinens, scilicet pondus
æquale ponderi mercurii in tubo suspensi.

Et 1.° quidem an tubus erit
uniformis, ex hyp. 7.a et verticalis, potentia
sustinet totum pondus columnæ aëris
summitati tubi superincumbentis; cum
cum aëris columnæ tubi ex hypothesi
ut pondus, totas suas vires fortitudinis ad
sustinendum mercurium in tubo suspensum,
columna aëris superincumbens tubi
summitati, suo destituetur æquipondio,
et nihil habet quo sustineatur præter
ipsam tubi summitatem, cui, tanquam
basi innititur, tubum igitur toto
suo pondere deorsum premit. cum
autem ejus pondus sit videlicet æquale
pondere columnæ collateralis mercurii

sustinentis et hujus Columnæ pondus
sit vel pondus suspensi mercurii, quo-
cum contrahit idem, potentia tubum
sustinens debet sentire pondus æquale
ponderi mercurii.

Si tubus sit brevior. v.g. 10
pollices altus, pondus a potentia sustin-
tatum non ideo superat pondus
mercurii suspensi; nam cum cæ-
si ab aëre prematur mercurius
quia posset ad $27\frac{1}{2}$ pollices attolli
et ad 10 tantum attollatur, agit
in summitatem tubi cum que
sursum premit previum ut $17\frac{1}{2}$.
tantum dem igitur infringit de pondere
Columnæ aeris tubo superincumbentis,

quo proinde in tubum non agit, nisi per Excessum suarum Dicum, nempe per vires æquales ponderi columnæ mercurii 10 Pollicum alto.

2.º An Tubus Est Inclinatus?

In autem vel est inflexibilis, in quo Laterum Extremitates, tum superiores, tum inferiores, eidem plano horizontali respondent, ita ut ejus Latera, intra duas parallelas constituta, et data eadem basis ac in tubo Verticali, eadem in utro que contineatur, mercurii quantitas (Fig. 11.a)

Vel Est Flexilis, in quo inferiores ac superiores Laterum Extremitates, ad angulos Rectos super suas Secantes Bases, ac proinde in quo, Extremitates ejusque Laterum eidem plano horizontali non respondeant, sed

Latus superius, parallelo superiori super eminebit, et Inferius infra parallelo inferiorem descendet. (Fig. 12.)

Si Tubus inclinatus sit mathematice, potentia sustinet totam actionem aeris incumbentis summitati tubi; quam tota aeris actio in latus superius infrangitur tota seu sumsionem ejus in latus superius oppositam et aequalem. Remanet ergo sola aeris actio, in summitatem tubi, quam solam et totam, potentia debet sustinere; hoc autem actio aequalis est ponderi mercurii intra tubum suspensi; cum aequalis sit actioni aeris, summitati tubi verticali super incumbentis, quae ex Jam probatis aequat pondere mercurii intra tubum verticalem suspensi; —

et —

Et cum in tubo inclinato mathematico
Ejusdem altitudinis perpendiculariter
et Dazin, eadem sit mercurii copia
ac in tubo verticali, vt demonstrant
Geometræ.

Si tubus inclinatus sit Phricum
quantitas mercurii in eo suspensi major
Est quam in tubo verticaliter Erecto.
Est Enim vt diagonalis parallelogrammi
Rectangulii cujus Latus Verticale
Est Semper 27 $\frac{1}{2}$ Pollicum et latus
horizontale, crescit Crescente inclinatione
tubi; adeo vt quantitas mercurii ne
proinde Ejus pondus Crescente tubi
inclinatione Crescat juxta Eandem
Rationem, quam crescit pro dicta
diagonali; potentia vero sustineto
pondus hujus Semper diagonali
proportionale; adeo quod semper

æquale ponderi mercurii intra tubum suspensi; siquidem ponderis sustinet pondus compositum ex actione aëris incumbentis summitati tubi, et ex actione mercurii incumbentis parti infimæ lateris semicentri; quod pondus est prosti ela diagonali proportionale; namque aër incumbens summitati tubi, cum in omnem sinum agit totam vi quam premitur, agit perpendiculariter ad summitatem tubi, adeoque parallele ad ejus latera; pro 27 1/2 pollicum mercurii.

Præterea mercurius agit eadem vi perpendiculariter ad partem infimam lateris immersi; ho autem pars cum semper crescat quia superior tubi, magis inclinatur, in eadem proportione crescit mercurii pressio,

Et proinde fit eò major quo magis inclinatus tubus.

Itaque gravis Mercurii representatur per Latus parallelogrammi Rectangulii, quod crescit crescente inclinatione tubi, et aëris actio representatur per Latus quod est semper $27\frac{1}{2}$ pollicum. actio igitur composita mercurii et aëris, est semper proportionalis diagonali hujusmodi parallelogrammi, quæ cum exprimat quantitatem ac proinde pondus mercurii suspensi, Evidens est potentiam sustinens pondus æquale ponderi mercurii suspensi.

3°. An tubus est Conicus Rectus, seu Pyramidalis? (fig. 13.). pondus a potentia sustentatum est particeps æquale ponderi mercurii suspensi; nam actio aëris in columnas mercurii breviores, major est quam requiratur,

ad eas sustinendas, atque ita vis
fortiget aequales illi. Brevissimi in
Correspondentibus aëris columnis,
tubi, latentibus superincumbentis,
quo quoad aëris columna non
agunt ad deprimendum tubum,
nisi quae vires residuae, quae fundo
mercurii sunt prorsus aequales.

4.° An Tubus Est Conicus Inversus?
(Fig. 14.) potentia sustinet fundum
compositum ex mercurio et aëre;
quod est bracchia aequale ponderi
mercurii in eo tubo contenti;
Siquidem potentia sustinens illum
tubum, sustinet evidenter omnes
mercurii columnas, quae latentes
tubi innitentur; adeo quae omnes
sustinet pro eo unicam, quae tubi

orificio dexterae incumbit, deinde et
toto aere qui tubi summitati super-
incumbit, eam tantum columnam
sustinet, cujus basi orificio tubi
respondet, cum ea solo oequi-ponderio
constituatur. Cetera omnes laterales,
sustinentur vel insuringuntur, ab
aliis totidem inferioribus; ponderantem
ipsius columnae aeris accurate sustinet
ponderis columna mercurii quae non
sustinetur. unde ponderis aequale pondus
mercurii sustinet potentia.

5.° Potentia Barometrum vulgare
sustinens totam sustinet reactionem
versum ejus ponderis. Evident ei
oequalem quae in latus curvatum superais
exercetur, actio columnarum aeris
Barometro superincumbentium,
totaliter insuringitur ac sustinetur,

per reactionem Columnarum aqualium Barometro subjectarum.

Scholium 4um.

Plura recenserimus Phaenomena mercurii in tubo Torricelliano quodam sic tantum memorabimus.

1o. Supponitur tubus 41 poll. in quo sint 28 pollices mercurii, et 13 pollices aeris; immergatur vicem tubi pollex in mercurium Restagnantem ita ut supra Libellam reperiantur 27 pollices mercurii et 13 aeris. — Mercurium in eo tubo contentus et statim ad altitudinem 27 poll. suspensus descendit intra tubum, ubi primum tubo intra mercurium Restagnantem immerso, digitus

ab orificio removetur, et post varios gtus et Reditus suspendetur Tantum ad altitudinem 14 Pollicum.

Quod qta Evenire debet, quia Cum aër Interior prematur toto pondere aëris Exterioris, tantam vim habet quantam habet aër exterior; adeo ut aër Interior simul Cum Columna mercurii 28 pollicum alta, duplo majorem vim habeat quam aër Exterior mercurio Stagnanti super jacumbens; sed aër Interior simul cum mercurii superni columna Contraponitur Cum gravi aëris Exterioris Columnâ. Ergo aër Interior Et mercurius duplo minores vires habent: porro aër Exterior duplo minori vi non donatur nisi in

duplum spatium expansum fuerit;
siquidem aër cujus vis elastica
crescit crescente compressione, et
cujus compressio respondet vi
comprimenti, tum habet quoad
juvaset spatium occupatum.
adeoque vires duplo minores habet
cum spatium duplum occupat;
ergo ut vires duplo minores habeat
debet in spatium duplum expandi
ac proinde 26 pollices occupare,
mercurium tantum non habet vires
duplo minores nisi cum ejus altitudo,
duplo minor facta fuerit. cum
scilicet est tantum 14 pollicum.
Ergo mercurium in facta hypothesi,
debet descendere et suspendi, ad
altitudinem 14 pollicum.

2°. Si-

2.º Si tubus longior pedes 15 pollicum repleatur mercurio quantum fieri potest, et expurgato aëre, et semina ac fere omni sensu juxtatum, ita ut nullam fecunditatem patiatur; Mercurius remanet in tota tubi longitudine suspensus, per plures etiam dies donec tubus fecundatur, fit percutiatur. Tunc statim deprimitur, et ad eam altitudinem suspenditur, ad quam mercurius in barometro, tunc temporis suspensus est.

Ex pluribus causis pendere videtur hoc phenomenon; vna est evidentes aëris pressio qua mercurius ad altitudinem 28 pollicum sustinetur. deinde mercurius,

